uno spiritu et frontè sine litura, semidiei labor:

Epistola ad Graswinckelium. 12

18

THEODORO GRASWINCKELIO FISCI HOLLANDIAE ADVOCATO.

Dissimulati Iambi.

Nisi Attila es, vir virûm doctissime, et Indicum
Tu, scilicet, simplex tuum, amare fingis quantum
ego te diligo, ego tu Batavum: deinde, si quid
suppetit felicis Lebij, quo quidem genium tuum
fraudare possis absque magno incommodo: Accedo
supplex, et rogo tantâ dosi tu me promus velis
quantâ putas egere amicum cuius in cerebro diu
utrumque Lumen nimius humor obruit, et his domari
forte se Delijs sinet. Cum messis horum amplior
horreum meum distenderet, multi sciunt
viri boni quâ liberalitate quid profuderim in
obvium quemcumque qui nulla modo egere videbantur.
Hinc de prodigo mendicus, ut fit, ~~factus~~ ad
pedes jaceo tuos, si optimi ~~[illegible]~~ tu vel pugillum
vel minus ab optimo tu (neque si quid
reliquum est) Cito, Cito, Citissimè mitti
facito. Accinctus, Amice, decinctum diu constantem
amicum et semper addictissimum. Scribebam
ad Hulsam septimo et vicesimo octobris,
Anno MDCXLV.

domi meæ carebitur, si quid jubes.

Santra salebrosus, NON-POETA
Grotij. quod facile spero, si licet
modò sim

Tuus

C.H.

© Koninklijke Bibliotheek
KA 43b (1645), fol. 18
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4174